



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 129. De manso traditio in villa Hastenhus in pago Thiadmelli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 129.

Tradidit uualdger pro anima fratris sui ghuntbert in villa dicta *haften-*
kuf (A) mansum unum cum familia halec marlati testes albmer liudric *heri-*
nian bardo et alii quatuor.

guber-
nante
Corbe-
iam Wa-
rino.

§. 130.

Tradidit albe pro anima geldulfi et anima uiri sui nomine *delli* et filii
folchardi quidquid iure hereditario possederat in *bernhardehusin* (B)
 in campis et siluis aquarumue decursibus testes huius traditioni assistentes
 frederic asuco milo uualdbern hildibern et alii decem quos causa breuitatis
 obmitto.

§. 131.

Tradidit gerhheri pro anima hauuardi in villa *uuigredeshus* (C) quid-
 quid ibi habuit testes marcuard maynheri uuighard bennic.

§. 132.

Tradidit eiluuer quidquid habuit in *bathedi* (D) coram testibus hif
 beuo uolcuerc eyo efi alsuuard et alii XV.

§. 133.

Tradidit *efic comes* (E) res proprietatis suae quas sibi dominus
 impe-

Registrum MSatum Bonorum Abb. Corbeiensi. Pagum Aringbo fuisse positum in
 regione urbis Alfeldiae ad Leinam flumen in episcopatu Hildesheimensi, et castri
 desolati Hoinboken, demonstraturi sumus infra in notis ad §. 214. Intelligi-
 mus ergo per *Duthungus* villam vicum *Dujen*, vix iter vnius horæ a castro Ho-
 enböken sita in Principatu Wolferbuttelano distantem. Olim a vico *Duthungus*
 nobiles quidam appellati sunt de Dudingem. Ipsi fuerunt ministeriales corbeiens-
 ses, qui inter cetera in feudo habuere ab ecclesia Corbeiensi sitos in vico Alforde quin-
 que mansos, quos Hartmannus ac Wulbrandus fratres de Dudingem oppignora-
 runt monasterio S. Mariæ Carthus ordinis ante urbem Hildesiam anno 1409,
 quoque reemendi facultas concessa est abbatia Corbeiensi, mortuis eisdem do-
 minis de Dudingem eorumque masculis heredibus, ut diploma, quod ad manus
 est, adprobat: ultimus vero dominorum de Dudingem naturæ concessit anno 1502,
 testante Io. Lerznero in *Cronico Dassel.* Lib. IV. p. 195.

(A) *Hastenhus* in Registro nostro ponitur in pago *Thiadmelli*. Locus hodie dicitur De villa
Harste, situs in comitatu Lippensi. De pago Thiadmelli, ac de *Waldgero*, qui *Haften-*
hus, mansum in villa *Hastenhus* donavit, vide infra §. 190.

(B) De *Bernhardeshusen*, villa pagi *Hilsgo*, atque de *Albe*, *Delli* ac *Folchardo*, vide su- De villa
 Bernhar-
 pra §. 112. not. (O) deshusen.

(C) *Wigredeshus* erat in pago *Logne* villa. Logne pagus reperiebatur in principatu De villa
 Göttingensi. *Wigredeshus* ergo dicitur nunc Wiershausen, intra præfecturam Wigre-
 deshus, Mündensem locus.

(D) *Bathedi*, villa, postea dicta est *Bathe* et *Bade*, olim villa, testante *Registro* no- De villa
 stro, in pago *Auga*. Dudum vero ea desolata est. Xenodochium Sancti Spiri- Bathedi.
 tus, Huxaria obuium, hos quatuor mansos possedit. Quondam haec villa exstitit
 in diocesi Corbeiensi in saltu S. Spiritus, vulgo dicto *das heilige Geist - Holtz*, in-
 ter Reheteich et Mittelborn loca.

(E) Magnus hic differendi campus pateret, si iusto copiosioribus nobis esse liberet. De comi-
 Cardinem rei hic verti in diplomate imperatoris Hlotharii, cuius iam supra §. te E sic.
 110. et 126. mentionem iniecimus, quilibet facillime perspicit. Producemus
 ergo